

Foro colectivo do mosteiro de Celanova aos habitantes de Santo André de Ríbeiras de Miño (Pantón, Lugo)

M^a Beatriz Vaquero Díaz (Universidade de Vigo)

1

1218, febreiro, 23.

O mosteiro de Celanova afora a perpetuidade aos habitantes de Santo André de Ríbeiras de Miño (Pantón), en terra de Lemos, por unha renda anual da quinta parte do pan e do viño aos titulares e aos seus fillos —salvo os dous primeiros anos de renda nas herdades que puxeran de pan os primeiros—, e dun terzo aos seus descendentes. Os foreiros deben tamén deixar ao abade espazo libre arredor da igrexa de San Martiño de Porcís, hoxe desaparecida, para construír unha casa e adega e restaurar a igrexa, se así o desexa.

B.- AHN, Clero, Catedral de Lugo, carp. 1326H, nº 25. Traslado notarial outorgado en 1415, maio, 8 polo notario Xoán Fernández.

In Dei nomine, amen. Notum sit omnibus presentibus et futuris quod ego Pet[r]us, Dei gratia Cellenoue abbas, una cum conuentu monachorum ipsius monasterii, facio forum perpetuo ualiturum | hominibus de Ripa Minei, territorio Lemos, quorum nomina inferius scribere decreuimus, de hereditatibus illis quas per iudices domnum Petrum Fernandi de Castilyon, domnum Viuiantum ipsius terre | archipresbiterum, Didacum de Sancto Iacobo, clericum Sancte Marie de Ferraria, Iohanem Petri, clericum Sancti Iacobi de Villar de Orthelli, iure uestro optinuimus et per laudamentum nostrorum bonorum | hominum eis huiusmodi forum facere concessimus.

Statuimus igitur ut omnes ipsi homines forarii et filii eorum dent quintam partem de pane et uino monasterio Cellenoue in | pace. Nepotes uero illorum et omnis posteritas eorum in perpetuum dent terciam partem de pane et uino monasterio Cellenoue in pace. Istud uero forum debet dari de totis hereditatibus que infra terminos istos concluduntur quomodo descendit aqua de Mineis et intrat in Cachon de Figueyroaa in Mineum, deinde quomodo uadit subsum per lumbum

de Portales | *et ferit in montem Sellam, deinde quomodo descendit ad cuatum quod est propter iuxta Pinam Francam et inde quomodo ferit in canales insula im Mineum.*

Statuimus | *eciam quod de terris quas isti patres abruperint si panem ibi seminauerint per duos annos nichil inde persoluant, sed deinceps forum suum more predicto persoluant. | Debent eciam ipsi homines forarii in circuitu ecclesie Sancti Martini de Porciis tantum spacium uacuum abbati Cellenoue libere relinquere, ubi ipse abbas posit si uoluerit | sibi domos et apotecam construere et ipsam ecclesiam eciam sibi si uoluerit restauret.*

Siquis uero ipsorum aliqua necessitate ductus suam ibi porcionem ipsis hereditatis distrahere uoluerit, uendat abbati Cellenoue per laudamentum bonorum hominum. Si autem abbas eam emere uoluerit uendat eam non militi nec homini potenti | neque ab loco religioso sed tali homini unde monasterium habeat suam directuram in pace. Similiter hanc hereditatem non donet nec impignoret talibus personis supra dictis neque pro anima sua mandt nisi monasterio Cellenoue uel ecclesie Sancti Andree que est de Cellenue. Adicimus eciam quod isti forarii de monasterio Cellenoue non dent | in prestimonium militibus sed semper per maiordomum abbatis bene et amicabiliter tractentur et ipsi similiter bene et amicabiliter tractent ipsum maiordomum e[st] dent ei suam directuram in pace.

Statuimus eciam quod siquis infra terminos supradictos morari noluerit, uassallus sit monasterii Cellenoue et monasterium pro ut melius potuerit semper amparet eos et defendat. Qui pactum istud fregerit pectet alterit [sic] parti C^m morabitanos et carta semper firmitatis robur optineat.

Facta carta era M^a | CC^a L^a VI^a et quot VII^o kalendas martii.

Nomina uero forariorum hec sunt: Petrus Fernandi de Louio, Iohannes Fernandiz, Fernandus Nogaria, Didacus Oduariz de Verea, Petrus | Oduariz, Tomas Fernandi, Maria Fernandi, Fernandus Muniz, Fernandus Ordoni Cacifam Rebolo, Didacus Suariz de Remon, Dominicus Petri de Remon, Oduarius Petri, | Petrus Montarius, Eluira Pelaiz, Pelagius Iohannis, Martinus Cipriani, Maria Petri, Didacus Pelaiz, Pelagius Pelaiz, Martinus Fernandiz, Maria Petri, Petrus Suariz, Pelagius Fernandiz, Ordonius Gunçaluiuz, Maria Suariz, Fernandus ..., M[artin]us ..., Pelagius Oduariz, Didacus Oduariz, Martinus Petri de Souto, Dominicus Pelaiz, Petrus | Michaelis, Iohannis Michael, Viuianus Pelaiz, Dominicus Adrian[i]z, Petrus Suero, Maria Pelaiz, Petrus Muniz, Petrus Iohannis, Iohannes Ordonii, Dominica ordonii, Dominica Martini, Fernandus Pelaiz, Maria, Pelagius Serrazinus, Petrus Lupi, Michael Iohannis, Didacus Michaelis, Dominicus Fernandi, Dominica Michaelis, Iohannes Fernandi de Portu Abbatis, frater eius Fernandus Petri, Afonsus Uelasquíz, Michael Fernandusi [sic], Fernandi, Martinus Pelaiz, Fernandus Petri, Pelagius Petri, Petrus Petri de Nadal, Didacus Pelaiz, Petrus | Diaz, Dominicus Ouquíz, Fernandus Ouequíz,

Petrus Ouequiz, Petrus Fernandi de Porciis, Iohannis Petri, Iohannis Diaz, Sancius Goterriz, Rudericus [*en branco*], Petrus ...nde, Mar|tinus Petri, Pelagius Ordonii, Petrus Ordonii, Xemena Diaz, Martinus Tarricus, Petrus Froilaz, Pelagius Fernandi, Martinus Taurus, Pelagius Cabe..., Petrus | Pelaiz, Didacus Pelaiz de Sauto Manco, Maria Petri de Nadal, Xemena Petri de Nadal, Gunzaluus Pelaiz, Iohannes Diaz clericus, Didacus Diaz clericus, ... Oue|quiz, Maria Petri, Maria Gunzaluiz, Maria Iohannis, Vrracha Petri.

Ego Petrus Cellenoue abbas *cum toto monachorum conuentu hoc scriptum rob[oro et] confir[mo]*. Nos omnes forarii supra scripti *hoc scriptum ... roboramus et confirm[am]us*.

Qui presentes fuerunt: Martinus Nuniz, monachus. Petrus Pelaiz, | monachus. Petrus Iohannis, monachus ts. Didacus de Sancto Iacobo. Dom Viuianus archipresbiter. Pelagius Cipriam, clericus, ts. Munio Muniz, clericus de | Eyree. Iohannis Didaci, portarius regis, ts.

Iohannes Iohannis qui notuit.


2

1415, maio, 8. Marce (Vilar de Ortelle, Pantón).

Traslado notarial do foro colectivo feito a perpetuidade polo mosteiro de Celanova aos habitantes de Santo André de Ribeiras de Miño (Pantón), en terra de Lemos.

A.- AHN, Clero, Catedral de Lugo, carp. 1326H, nº 25. Orixinal, pergameo; galego, escr. gótica.

| E eu Johan Fernandes, notario publico eno couto d'Atan por lo bispo e por la iglleia de Lugo et eno couto de Vilar d'Ortelle por Lopo Affonso de Sober, esta carta en mina pre|sença fiz trasladar da dita carta orriginal a pedimento dos foreyros das ditas herdades e per liçençia e abtorydade que me pera elo deu Affonssso Peres de Meroço, juyz do couto | de Vilar d'Oortelle, a pedimento dos ditos foreyros, por quanto diseron que se temian de perder a dita carta orriginal de fogo ou d'agua ou de couça ou da touba ou doutra ocassion | algua. E o dito juyz vio e exsaminou a dita carta orriginal que non era rassa nen chançellada nen em algua par[te] dela suspeytossa, e por ende disse que mandaua e mandou | a min, o dito notario, que dese o traslado della aos ditos foreiros, signada de meu signal e mandou que valuese e fezese fe vnde quer que parescese assy como o publico orriginal. A qual | dita carta orriginal era escrita en [?] en purgameo de coyro e feita eno thenor sobredito e partida per leteras da a b c, e eno fondo da dita carta era robrada [por] | dous signaes e hun nome que dezia: Iohannes Iohannis qui notuit.



Que foy feito e sacado no logar de Março, oyto dias de mayo, ano do nasçemento do nosso señor Ihesu | Christo de mill e quatroçentos e quinze anos.

Testemoyas que a esto foron presentes e viron facer este dito traslado con a dita carta orriginal: Gomez Anes, Gonçaluo Peres, clerigos¹ e frey | [...] d'Ares, moradores no couto [?] d'Eyree, e Pero Vaasques, clerigo capelan de Santa Maria de Ferreira, e outros.

E aqui meu nome e signal fiz em testemoyo de verdade que tal he.

(Signo) Joham Fernandes, notario (Rúbrica).

Vay escripto sobre | [...]yco vnde diz: presentibus, e vnde diz: Iohanem; valla.

¹ clerigos} repetido.